Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25938
Copyright: Admont, Benediktinerstift



cum genita fuerit vii diebus erunt sub
ubere matris suae die autem octauo
et deinceps offerri poterunt domino si
ue illa bos siue ouis non ymmolabi
tur una die cum feetibus suis. Sym
molabitis hostiam pacificorum acceptae
domino ut possit placabilis esse eam
die quo immolatur eam comedetis.
Non remanebit quicquam in mane
alterius diei. Ego dominus. Custodi
te mandata mea et facite ea. Ego do
minus. Ne polluatis nomen sanc
tum meum. ut sanctificer in medio filiorum
israel. Ego dominus qui sanctifico uos
et eduxi de terra egypti. ut essem uobis
in deum. Ego dominus. XXIII
Locutusque est dominus ad
moysen dicens. Loquere
filiis israel et dices ad eos. Haec sunt
festa domini. quas uocabitis sanctas.
Sex diebus facietis opus. die autem septi
mus quia sabbatum requies est uocabitur
sanctus. Omne opus non facietis in eo. Sab
batum domini est in cunctis habita
tionibus uestris. Haec sunt ergo festa
domini. quae celebrare debetis tempo
ribus suis. Mense primo. xiiii. die mensis
ad uesperum phase domini est. et xv. die
mensis huius sollemnitas azimo
rum domini est. Septem diebus azima
comedetis. Dies primus erit uobis ce
leberrimus sanctus. Omne opus seruile
non facietis in eo. sed offeretis sacrificia
um igne domino. vii. diebus. Dies
autem septimus erit celebrior et san
ctus nullumque opus seruile facietis in
eo. Locutusque est dominus ad moysen
dicens. Loquere filiis israel et dices
ad eos. Cum ingressi fueritis terram
quam ego dabo uobis et messueritis
segetem.feretis manipulos spicae
primitias messis uestae ad sacerdotem.
Qui eleuabit fasciculum coram domino.
ut acceptabilis sit pro uobis altero die
sabbati. et sanctificabit illum. atque in eo
dem die quo manipulus consecratur. ce
detur agnus immaculatus anniculus.
in holocaustum domino. et libamenta
offerentur cum eo. xii. simile consper
so oleo in incensum domini odoratus
suauissimum. Liba quoque uini quar
ta pars hin. Panem et polentam et
pultes non comedetis et segetem usque
ad diem qua offeretis extra deo uestro.
Praeceptum est sempiternum in generatio
nibus cunctisque habitaculis uestris. Nu
merabitis ergo ab altero die sabbati
in quo obtulistis manipulum primi
tiarum. vii. ebdomadas plenas. usque ad
alteram diem expletionis ebdoma
de septime. id est. L. dies. et sic offeretis
sacrificium nouum domino ex omni
bus habitaculis uestris. Panes primi
tiarum duos de duabus decimis simile
fermentate. Quos coquetis in primi
tias domini. offeretisque cum panibus
vii. agnos immaculatos anniculos et
uitulum de armento unum. et arietes
duos. erunt in holocaustum cum li
bamentis suis in odorem suauissimum
domino. facietis et hircum pro peccato
duosque agnos anniculos hostias pa
cificorum. Cumque eleuauerit eos sac
dos cum panibus primitiarum coram
domino. cedent in usum eius. et uoca
bitis hunc diem celeberrimum atque san
ctissimum. Omne opus seruile non fa
cietis in eo. Legitimum sempiternum
erit in cunctis habitaculis. et generi
bus. Postquam autem me
sueritis segetem terre uestre non sera
bitis eam usque ad solum nec remane